



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 19. Magna est fides tua. Videtur fidem hanc præferre fidei Abrahæ: Talis fides a Deo obtinet, etiam illud, quod ipse dixerat, non esse bonum hoc facere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

Chananea Deo faterentur. *Etiā Dominus. O Dominus: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, nobis, tot crimidum confijs, tot teis peccatorum. Rectum, & irreprehensibile iudicium tuum: cum enim nostras culpas non castigamus, eaque tu ipse castigas, ut penitentiam à te nobis impostam amplectimur, disciplinam osculamur, manum hæc omnia nobis facientem adoramus. Talis laudatur Rex Ieconias, & eius curiæ nobiles, cuiusque conceptiui, qui tracti in seruitutem tota mentis submissione hoc Dei flagellum acceptarunt, dicentes: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Illi, inquit Dominus, sunt mihi, ut ficus primi temporis. Verba sunt hæc abscondita.*

*Psal. 118.  
137.*

*Mich. 6.7.  
1.*

*Ose. 6.9.  
10.*

Proverbium erat Domini frequens in ore suorum prophetarum: *Præcoquas ficus desideravit anima mea.* Hæc metaphora signabat Sanctos suos, qui à primis incannabilis Deo serueverunt, & toto corde se illi seruos consignarunt fideliores; ut Abraham, Isaac, & Iacob. Hoc quoque dixit per Oseam prophetam: *Quasi prima poma ficulnea in cacumine eius vidi patres eorum.* Ficus primi temporis, dulces, melle manantes, peccatis durissimis exolles. Significare voluit Hieremias, quod illi grauiore peccatores, qui à Deo puniri, supplicium patienter suscipiunt, & necessarium faciunt voluntarium, qui in spiritu humilitatis, & animo contrito Deo se subiciunt reos, Deo sint maxime grati, ut sepius Sanctis æquiualeant eminentioribus, qui tæta nunquam scelera commiserunt: velut Daniel Deo subditus, acceptans voluntariè à Deo missam aduersitatem. Ionas alter, in profundum maris pelagus relegatus, ad ceteri ventrem captiuus damnatus: latro probrosus stipite pendulus, ut ante diximus. Ipse rex Ioachim, cæterique eiusdem captiuitatis confortes: illi, inquit Deus, mihi sapiunt: *ut ficus primi temporis, ut ficus bonæ, bonæ valde, peccatores, qui tribulationibus à me missis humiliantur, mihi subduntur, aperiunt oculos, & se grauioribus peccatis esse fatentur obnoxios: quos ad culpam suam disponunt indulgentiam, ut super illos mea effundam dona misericordiarum: supplicia hæc, calamitates hæc, fames, angustia, cuncta hæc illis in maximum cedent emolumentum: Hæc dixit Dominus Deus Israel. Sicut ficus hæc bonæ, sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco illo, in terram Chaldaorum, in bonum, & ponam oculos meos super eos ad placandum, & reducam eos in terram suam, & edificabo eis &c. & dabo eis cor,*

*Hier. 24.*

*ut sciant me, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum; quia reuertentur ad me in toto corde suo.*

Diuina planè verba, quæ modum docent, quò missas à Deo suscipiamus tribulationes, aduersitates, flagella, quibus incessantur cadimur: ei scilicet cor nostrum subijcientes, oculos aperientes, per diuinam eius gratiam, & ex toto corde nos ad Deum conuertentes. Alij vero calamitates illas impatienter recipientes, refractarii, queruli Deo recalcitrantes, & cum Deum iudicarent ut durum iniquumque populi sui percussorem, eius se nolent flagellis subdere, nec illa recipere cum humilitate penitentes. Talis increpatnr. Rex Sede: has superbus, perituros, crudelis, Deo refractarius, qui prophetam Hieremiam hæc sibi de ore Dei mirantem vinctulis constrinxit fædoque caeteri mancipauit occidendum. Tales & aulici, & confederati arguuntur, illi ut ficus malæ, malæ legis, malæ generationis, his tribulationibus computruerunt, vermibus, blasphemijs, calumnijs, impatientia, leaerunt: *Sicut ficus pessima, qua comedi non possunt, eo quod sint mala: hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam Regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Hierusalem, & dabo, eos in vexationem. Sic & misiam in eos gaudium &c.* Parcat tibi Deus, ne talis sis, ne dum te virgus cædit peccatorum, recalcitres, obmurimores ingratus, & quæ tibi date deberent aniam à peccatis abstinenti, ne causa sint committendi grauiora. Ficus bona Chananea, ficus Dei palato sapidissima, quæ ut de manu eius hanc suscipit calamitatem, illà se Deo voluntariè subdit, *Etiā Domine.* Quocirca illam credentium patri comparat Abrahamo: illam magnæ fidei compellat mulierem: *ut solent esse ficus primi temporis.*

*§. 19, Magna est fides tua. Videtur fidem hanc præferre fidei Abrahæ: Talis fides a Deo obtinet, etiam illud, quod ipse dixerat, non esse bonum hoc facere.*

**O** Mulier magna est fides tua: sicut tibi sicut, 50. 1. Indubium erat, quòd tale conserueretur. *Uacet.* Qui, ut hæc mulier, 1. Quis rogaret: iam enim dixerat Christus: *Qui se humiliat exaltabitur.* D Bernardus expendit hæc verba, & præclarum edit tractatum de humilitate & humiliatione. Non dixit Christus: qui sicut, fuerit

14 fuerit humiliatus, exaltabitur, sed qui se humiliaverit: potest enim quis humiliari, qui non sit humilis. Quis magis humiliatus & prostratus, quam diabolus? & quam parum humilis? Vocatur autem humilis, ille qui voluntarie & pio affectu tribulationem recipiens, conuersus ad Deum, ait: O Domine, quam bene mihi hoc conuenit. Hoc autem fit in magna fidei hominibus, quorum est tam viva fides, ut in ipsis opprobrijs, lucrum suum ac merita contemplantur. Talem veneror D. Paulum dicentem: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabites in me virtus Christi.* Ita hæc est humilitas, *virtus Christi*, libenter, & voluntarie perferre calumnias & Dei flagella. Non dicit *pauper se ferre infirmitates suas, sed gloriari, & libenter gloriari in illis, probans suis bonum esse, quod humilietur.* Non erat in eo Pauli iactantia, Pauli meritum, quod cum Deus humiliaret, sed in eo quod istam humiliationem acceptaret, ut sibi fructuosam. Hoc quoque primitus dixit David: *Bonum mihi quia humiliasti me.* Occurrit illi Semei, Davidi maledixit: *Egre dicit, Egre dicit, vir sanguinum, & vir Belial* &c. *Male dictum est illi à seruo* (uquit D. Bern.) *ut ille, nec cumulatum in uriam sensu, quia pressisset gratiam.* Nota illud *presensit.* Vivam quæ nota Davidis fidem, qui in illis dicitur, vidit gratiam quam illi Deus facere dignabatur. *Quid mihi, ait, & vobis filii saruta!* O *re hominum secundum cor Dei, qui se vic sciant potius, quam exprobrant sibi succedendum putant.*

Quid hoc David, quod ei succenseas qui pro tuo pugnat honore defensor, illum iactum, retumque desiderans? Iu illum exandelle, qui te nulli tolerantis prouocat contumelios: O hominem fide viva illustratum! Vocat Abisai, filium S. ruix sororis suæ, cum notans, qui carnis affectu duceceretur. Non sic: Ego quippe in his opprobrijs de contemplor, quæ mihi Deus per os Semei maledicentis loquitur. *Namquid in ore blasphemus Deus? Absit, sed eo usus est ad humiliandum.* Me vult Deus humiliare: hic meum iutueor meritum, si Deo me humiliante, ipse me quoque humilem: *Domini misit illum ad maledicendum David.* Prorsus homo secundum cor Dei, qui de corde Dei ferebat sententiam. *verbebat lingua maledica, & ille intendebat, quid in occulto ageret Deus.* Vox maledicentis erat in auribus, & animus inclinabat se ad benedictionem. *Nec latuit prophetam, quippe cui incerta & occultis sapientia sua manifestantur Deus.* Ideo dicit:

*Bonum mihi, Domine, quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas.* O quanti humiliantur, inquit Bern. *& humiles non sunt!* O quanti humiliantur, & ipsi se non humiliant? Mirare huius mulieris humilitatem. Illam Christus humiliat, illa viva viget fide, ut David, quid sequitur? quod exalteretur. *O mulier magna est fides tua. Qui se humiliat exaltabitur.* Hæc est, ita hæc fides magna, in opprobrijs considerare gloriam &c. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* Adhuc habes quod in huius mulieris humilitate contempleris, in eo quod cum eam hoc conuitio, foras canis Christus exciperet. *Non est bonum sumere panem filiorum & dare canibus.* Ipsa illi respondet: *Etiam Domine, nam & cælli &c.* Hæc est illa humilitas, quæ tale meretur præmium. Non sicut vestra, (inquit D. Chrysof.) De te quippe bene dicitis, quod peccator sis, abominabilis proditor &c. Attamen si tibi hoc aliis obiecerit, ibi tua patet impatentia, ibi vel parum mereris. Humilis publicanus, quem dum Phariseus latronem, homicidam &c. criminatur; sibi dicebat, & Deo: *verum est: Deus propitius esto mihi peccatori: & hac humiliter meruit veniam confessione.*

Quam secura erat mulier hæc, o Domine, quod talis oratio, tanta patientia, & perseuerantia tauta, sinem obtineret tam gloriosum: de te etiam alia prædicat sancta mulier, cui probè tua erat cognita conditio. *Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quod vita eius si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit: non enim delictaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillam facis, & post laudationem, & festum, exultationem infundis.* Certum erat, diuine agricola, quod super tritici granum terram non adigeres adeo grauem, ut illud comminueres, sed ut paleis, & exteriori apparentia emundatum, eius in lucem educeres vivam fidem: & cum illam tanti facias ac sedulus quæras, tuquè ille sis, qui in te suscipis, tuos extollere amicos, tu ipse eius vis esse prædicator, eius præco celeberrimus, alterius hoc nulli fidens eloquentiæ, quam tuæ, quæ in totius mundi corona, te quasi mirabundum faceris: *O mulier magna est fides tua.* Quam sapienti ictu Magdalena vas illud diffregit pretiosum: illo enim tantus exspiravit odor, à Christo laudatus: quod: *Domus impleta est ex odore unguentum.* Non in eum sinem cor percussit Christus.

flus



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

stus huius mulieris, ut illud contereret, sed ut pretiosi pylici videnti expiraret odor, ac fidei suae fragrantia tanta, quam ipse Christus publico praeconio commendaret. *O mulier magna est fides tua.* Hoc enim intendit, dum ei ne verbo quidem respondit, dum preces cepit Apostolorum, dum canem exprobat, ut lupinus de S. Iob diximus, & elegantur expendit, D. Chrysostom. *Ab initio & ante ingressum orationis, nihil repondit &c. In fine docet cur dare distulerit, non ut eam repelleret, sed ut patientiam ipsius omnibus manifestaret. Nam ad finem, si per pietatē repulsam distulisset, neque tardē ei donasset, & nos minimē agnovissemus, mulieris abbetur post initio usque in finem fortitudinem. Dimitte, in-  
Evangelijs  
ad finem, si per pietatē repulsam distulisset, neque tardē ei donasset, & nos minimē agnovissemus, mulieris abbetur post initio usque in finem fortitudinem. Dimitte, in-  
Eps. ad  
Philippen. nolo thesaurum mentis suae oculum permanere, sed exspecto, & sileo, ut manifestetur, & omnibus clarior fiat.*

D. CHR. Verba haec D. Chrysostom. subtilius expen-  
Hom. 38. dit, & oculos suos in Christum coniciens, & 44. in quando illa dicebat, ait: *Monstravit, quomodo Gen. 10. 1. ad fidem eius obstupescat*: Sicut etiam fidem obstupuit Centurionis & quasi alludens ad fidem Abraham demiratus est. Ratione huius comparat hanc mulierem Abraham, & illi videtur, quod aliquo modo fidem praecurrat Abraham. Magna procul dubio fides Abraham, qui pater meruit audire credentium, quem magnificis promissis de terra sua Deus eduxit, & eius dictis obediens nescit quod tendat, per desertam, per longissimos visarum anfractus, per terram inuiam, desolatam, inhabitatam, ubi pauca domicilia, & ea quidem longo distita intervallo, nulla ubi hospitia: qui cum supplicem Deo libellum offerret generationis ac liberorum, annuit ac iurat illi Deus: attamen differt vno, altero, pluribus annis, nec implet promissa, usque dum (teste D. Paulo) ingrauescente aetate, & labentibus viribus esset: *Corpus eius emortuum*, terrae saccus, vxor vero ipsius nonaginta annorum decrepita. Et emortuam vuluam Sara. At magnam admirator fidem: licet enim corpus suum iam lugeret emortuum, seniles annos, iam proximus sepulchro, & se suamque coniugem aptiores ut terrae mandarentur, quam ut filii ex illa generarentur: tum demum a Deo beneficium sperat recipere, & completionem praestitit iuramenti. Magnum fidei Abraham argumentum: *Qui contra spem*, (inquit Apollolus) *in spem credidit, nec consideravit corpus suum*

emortuum, & emortuam vuluam Sara. Contra omnem spem, quam ex corporis infirmitate poterat concipere, ex mulieris quoque Sarae, infertilitate credidit, nechalitavit diffidentia, magis fidens Dei promissis, quam iis quae propriis oculis intuebatur: *Contra spem in spem credidit*. Non tantum credidit, id quod non videbat, sed contra id, quod in se, & Sara vxore sua cernebat.

Duo tamen hic considera (monet D. Chrysostom.) Primum: Abraham fuisse virum alacrem, vegetum, fortem robore, & in omnibus expertum, ut ipse solus, sibi vernaculis dominus suae coniunctis bello aggressus sit quatuor aut quinque reges, quos in fugam compulsi, & prostrati, & reversus est triumphator. Secundum: Verbum Dei tenebat iam sibi iuratum, Deus enim illi saepius, & amorosis blanditiis optatam feminis generationem iurauerat, idque pluribus argumentis, caelum illi ac sidera demonstrans. Deique verbo securus innitebatur. Haec vero mulier Chananea, primò: mulier debilis, infirma, labilis, natura inconstans ac mutabilis: fundamentum enim inconstanti hominis est, ex muliere natum esse: *Homo natus de muliere, &c. nunquam in eodem statu permanet*. Egredia de sinibus suis Christum quaesitura per exit, nullis allecta promissis: *A sinibus illius egressa*. Christum gradu festino inlequitur, quam Christus nullis demulcet, palpatque blanditiis. Secundò: Ne dum nullis nitetur promissis, eorum quae viva fide sua desiderabat, quinimo expellente gatiua repellatur ab eo, qui praeterquam, quod primum illi non responderit, deinde Mediatores Apostolos benignus non audiet, aupertis illi verbis declarat. *Non est bonum sumere panem filiorum &c.* His nihilominus aspectus repulsa, quae spem suam omnem radicibus edeliebant, contra spem in spem credidit. Numquam securior, fidentior numquam, quam dum videt fidei speique suae totum quasi corruisse fundamentum, dum ei dicitur: *Non est bonum*. Imo huic fidelis innititur argumento, quod sibi contrarium esse videtur, & spem suam eo confirmat audacior, quod omnem sibi spem resecebat: *Etiam Domine: nam & catelli &c.* Hoc est, (inquit D. Chrysostom.) quod Christum in haec verba compulsi admirationis: *O mulier magna est fides tua*. Talis fides, & quidem in muliere? Sic se quoque veritas habet, ut mea sententia, nullus sit, cui Deus ira fortiter ianus occluserit, cui tamen statuerat auxiliari,

51  
Gen. 14.  
14.  
Iob 14.  
11.33.  
Ier. 17.  
11.30.  
Ier. 4.  
Ier. 10.  
Ier. 10.

liari, atque huic, mulieri. Tertio: claves re-  
corrit: non aperiens: primo, non respondens,  
deinde discipulorum preces refutans, tertio re-  
solutorie respondens: hoc agere nullatenus ex-  
pedi. *Non est bonum* An fortius occludi potest  
ianua, num vltus superflui modus, quod ianua  
perfecte concludatur? Vero verius est, Deum  
non agere, nisi quod bonum est, sed nec eius a-  
liud quidquam posse omnipotentiam. Ipsemet  
respondet, & quasi decretum statuit: *Non est bo-  
num*. A malo est sumere panem filiorum, & da-  
re canibus, eam pro filia petorantem exandiri:  
quae illi potuit spes superesse? Hic fidei mirabe-  
ris effectus, quae mulier praecellit, orationis quo-  
que effectum, quam viva fides exornat, vt meo  
iudicio, sententia illa, illud dicatur, quod dici  
potest de illa, maximum.

Abundant hoc argumento scilicet S Scriptura,  
nec in illis sapius quidquam reperitur, quam  
vis orationis. Hoc argumento replentur sancto-  
rum volumina. Verumtamen quantum sapio,  
nullus vitiogressus est, sed nec eo accessit, vt  
tanta foret eius vis orationis, q. a Deum illud a-  
gere contingeret, quod plinet definitur fieri  
non expedire: *Non est bonum*. Exaggerat D Pau-  
lus Sanctorum fidem, quae tanta laudatur: vt  
Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt  
iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturave-  
runt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effu-  
gerunt aciem gladii &c. Sed minime reperies di-  
ctum, quod Deum vicerint, sicut regna, minus,  
quod Deo os obturaverint, vt leonibus &c &  
multo minus, quod non obstant proprio eius  
de hoc decreto: *Non est bonum* petita consequen-  
rentur. Hae itaque fides magna: Hae fides  
potens: Hae est viva fidei oratio foderata.  
Extollit D. Paulus populi Dei fidem tantam,  
qua: *Muri Iericho corruerunt*. Quae compara-  
tio huius cum illo? huius enim mulieris ora-  
tione an non coram eius pedibus Dei volunta-  
tem dixero corruisse? illam instar parietis, for-  
tem, inexpugnabilem, vt de ea ipse dixerit:  
*Vivo ego: quia consilium meum habui, & om-  
nis voluntas mea facta*. Ipse Deus se (parcite  
verbo) ad orationis mulieris prostravit praesen-  
tiam, efficaciam, & auctoritatem: *Fiat sibi fi-  
cus vis*.

Domine Deus, quae haec novitas? Hoc vo-  
num noui, quod me Domine docuisti: vt ho-  
mo quotidie suam Deo resignet voluntatem:  
*Fiat voluntas tua*, vt heri diximus; sed a ratio-  
ne videtur alienum, & intellectu non intelligen-  
bile, vt hoc Deus dicat homini, & se eius con-  
fiteri. *Hieron. Bapt. de Lanza. Tom. 4*

signet voluntati, dicaturque non viro, sed mulie-  
ri, sed Chananæ, sed idololatæ; *Fiat sibi fi-  
cus vis*. Perpende, quæso, Domine mi, quod  
agis: inter consilia quippe Spiritus S. hoc vo-  
num audio: *Non des mulieri potestatem anima  
tua, ne ingrediatur in virtutem tuam, ne confun-  
datur*. Cum enim sit mulier ignata, non est il-  
lius, vitum regere, nec suam viri præferre volun-  
tatem, sed viro esse subditam, eius præceptis o-  
bedire. Hoc enim illi sic statuit, qui ei a mundi  
primordiis dixerat: *Sub viri potestate eris*. Quo-  
modo igitur, Domine mi, das mulier potesta-  
tem animæ tuæ, tuam illius conformas ac tradis  
voluntatem: *Fiat tibi sicut v. s.* Attende autem,  
quod si sit mulier, mulier non est talis, qualis  
sed magnæ fidei: *O mulier magna est fides tua*.  
Quid hoc significat? non solum significat, quod  
magna sit ratione fidei, sed quod habeat excel-  
lentissimas qualitates, quæ fidem reddunt mag-  
nam. Amorem habet magnum, patientiam mag-  
nam, magnam humilitatem, magnam spem, ope-  
ra magna, magnam cum mea voluntate conso-  
nantiam, & tam firmam, vt eam ab illa delin-  
dere non valuerint tribulationes, nec opprobria,  
nec frequentes repulsæ, nec ignominiosa cogno-  
mina: Iustum igitur est, vt ego ei meam con-  
sentiam voluntatem, quæ sapientiori consilio  
me Davidis filium inelamavit, qui vir secundum  
cor meum, de me hoc effectus est: *Voluntatem  
timentium se facies, & deprecatur omni eorum ex-  
audiet &c*. Magnæ fidei mulier. Huic vox dat  
dominum voluntatis, in ea quoque subtiliter  
aduertimus, quod nostra possit esse mediatrix.  
Impletur quoque historia Jacob. Commendat  
Spiritus S. gratiam, quam illi Deus contulerat:  
*Cersamen forte deum illi, vt vinceret*.

Lucta durissima, quæ Jacob cum Deo depu-  
gnabat, quem & superavit, & licet sapius roga-  
ret: *Dimitte me: iam enim ascendit aurora*. Non  
eum tamen liberum dimisit. Nota illud: *Di-  
mitte me*. O mulieris inuictam fortitudinem:  
*Non dimittam te, nisi benedixeris mihi*. Quod  
est nomen tuum? Jacob. Vocaberis Israel:  
*Vinceps Deum*. Opinatur Caieran. vim verbi He-  
braici referre: *De dominatus es Deo*. Ita quo-  
que videntur legere Septuaginta. Et Symachus  
Dominum te fecisti voluntatis Dei, quæ cuncta  
disponit. Clarum est, hoc non debere intelli-  
gi absolute, sed per Dei misericordiam in-  
uitam, ait D. Chrysol. vt illi vires, & alas ad-  
dat. Quasi diceret. Fratrem tuum ne timueris:  
meam enim tuis manibus consigno volunta-  
tatem, vt in tui salutem fiat quicquid volueris.

G g g O my

Hebra. c. 11. 33.

Hebra. c. 11. 30.

Gen. 45. 10.

Matt. c. 6. 10.

Eccli. c. 9.

Gen. c. 1.

Pf. 19.

Pf. 144.

Sap. c. 6.

Io. 12.

Gen. 36. 26.

O mysterium. Mulier hæc tantæ fidei merito voluntatis Dei consequitur potestatem. Vos appello viros, qui magnæ fidei viros vos esse gloriamini, vos mulier hæc confundit Chananæa. Vos adiuro Christiadas, qui titulo superbitis

Christianismi, vos mulier pudore suffundit infidelis: ex illa discite quomodo eius imbuti magisterio, cum Deo negociemini, cuius favore gratiæ, perennem gloriæ in cælo statum obtineatis, Amen.

S V M M A R I V M

HOMILIAE DECIMÆ SEQUENTIS.



EMORAT Euangelium, quoddam Christi miraculum cæteris celebrius factum Hierosolymis, quo diuinitatis suæ maiestas probebatur. Ad hoc autem statuit Hierosolymis templum, illique vicinam piscinam a. Ac præsentis miraculo festum elegit Paschatis, quò plures confluerent testes b. Piscinam erexit circa templum plurimis de causis c. In illa veræ penitentia insinuans symbolum, in eo quod esset Hierosolymis d. Et quòd salutem imperitet commotis per Angelum aquis, diligentiori e. Abbreuiata erat eiusdem efficacia, f. Nec potuit in ea curari paralyticus: non enim peccatum, infirmitatis radicem auferbat g. Iniecit in illum Christus oculos suos: cuius enim vult miseretur h. Cuius rogat voluntatem, quò ostendat, tuam ad tuæ animæ salutem, requiri voluntatem i. Remedium non inuenit paralyticus, illud ab hominibus expectans k. Tibi quæque decrit: non enim sunt homines l. Eum Christus sanitati restituit, in suæ potentia declarationem, ipsius probatica viribus longè superioris m. Tria hæc præscribens: Surge, tolle lectum tuum & ambula: ex quibus tuum pendet remedium n. Quem grauius hortatur, ne deinceps reincidat in peccatum o.

a §. 1. 2.  
b §. 3.  
c §. 4.  
d §. 5.  
e §. 6.  
f §. 7.  
g §. 8. 9.  
h §. 10.  
i §. 11.  
j §. 12. 13.  
k §. 14.  
l §. 15.  
m §. 16.  
n §. 17.  
o §. 18. 19.

- §. 1. Erexit Dominus Hierosolymam, ut in ea seipsum manifestum redderet vbi & probatica statuit, in templi subsidium, ut Abis f & quæ Dauidem foueret.
- §. 2. Probatur Christus probaticâ superior, ut olim ipsis cælis.
- §. 3. Erat dies festus Iudæorum. Operatur Christus hoc miraculum in festo celebriori, quo plures habeat testes.
- §. 4. Est Hierosolymis probatica piscina. Nullibi commodius piscina, quam circa templum, & pauperes ad eius valuas, in nostrum beneficium.
- §. 5. Multitudo languentium. Piscina symbolum est penitentia, & tria genera infirmorum, tria sunt genera peccatorum.
- §. 6. Qui prior &c. Diligenter accurrendum, ut Dauid, quando Angeli mouebant pyræorum cacumina.
- §. 7. Sanabatur vnus. Augustum remedium, salutis corporis non prouidet sicut animalibus.
- §. 8. Erat homo &c. Corpus non sanabatur, si cui erat anima infirma; nec mare sedabatur, Iona nauis non eiecit.
- §. 9. D. Ephrem ostendit Deus, quòd laboris munitur ob peccata vel oblita vel non notata sicut huic.
- §. 10. Triginta & octo annos. Ad triginta & octo annorum paralyticum, leuiora sufficiunt delicta.
- §. 11. Hunc cum vidisset. Pauperculum vidit: hoc enim ei proprium est, & misereri, quæratione & cuius vult.
- §. 12. Vis sanus fieri. Si tu nolueris, non te sanabit Deus, qui dicitur ludere cum hominibus.
- §. 13. Non sanaris: quia non vis absoluta volun-